

1752.

1. Dreyer, Iacobus Carolus Henricus : De lithophonia seu
gestatione lapidum ignauiniorum. Commentatio, Actio in
causis actionibus praemissa.

2. Lachmannus, Adamus Henricus : Ad novellam P.XLVI.
De controversia, nata ex Sacrae litterarum lectione
in synagoga Indicis, compositaque per Barbierum
Imperatorem disputatio.

3. Struvius, Fridericus Galliib : Re co, quod justum est
ex abusum rerum corporalium licetum atque illigiti-
tum.

1753.

1. Dreyer, I. C. Carolus Henricus : De contributione
assanguinorum occisoris ad solventem Worogel-
dum, vulgo sind, ad iustificationem juris lindrici,
Zobisch dect, lib II. c. 27. Mellema IV.

1753.

2. Flare, Philippus Fridericus: *Ad Imperatorem Rom. Germ.*
e principum ecclesiasticorum numero eligi quid
impedit?

1754.

Bidom, Iohannes Christianus: *De compensatione in
concurso creditorum*

1758.

1. Christianus, Willm. Ernestus: *De potestate Summi Imperatoris
circa legem naturam*.

2. Winklerus, Carolus Fridericus: *De iure circa fluminis*.

3. Winklerus, Carolus Fridericus: *De retracta gestatio
juri Germanice universalis provocantem in fun-
data intentione omnino constitutam*.

4. Winklerus, Carolus Fridericus: *Triga encycliorum
utris tuberculae*

1759.

1. Horn, Amatus Christians: De alienatione bonorum
hereditariorum in cass, ab fratre b. hore de ito dñ-
pnum possum, jure non Hamburgus licita.

2. Mielck, Janus Bertram: De sanctitate legatorum

1760.

Kochenius, Jacobus: De modo probandae nobilitatis
gentilium per loculosum insignia aliquæ inscriptions-

1761.

Schultze, Philippus Wilhelm: De ultimis indorsatoriis
literarum combitacionem, omnium indorsantium,
nei non remittentis, in ipse transactis man-
datoria, sejunque obligatione et culpa præstotione

1762.

1. Horn, Amatus Christians: De jure hypothecarac factac

1762

1. Vinklerus, Carolus Fridericus: De fundamento praelectionis, quo iure Lubecensi gaudet, in successione liberi fratrum Germanorum pro patribus unilateralibus.

1764.

1. Christiani, Wilhelm Ernestus: De reipublicis justis partium philosophiae practicae limitibus. pars. I

2. Torn, Amandus Christianus: De iure retentiois in concursu creditorum

1766.

2. Vetter, Joannes Fridericus: Meditaciones de iure restringend libertatem conscientiae, quibus praelectiones. -- indicit.

1767

1. Vinklerus, Carolus Fridericus: II. Dispositione usque traria matris actual en iure Germano speciationi Lubecenii.

1767.

2. Gedanum, Iacobus Goticus: De reo non absolvendo,
etiam si auctor probacione deponit.

1769.

Gedanum, Goticus: De prescriptione multius etiographarii.

1770.

1. Frische, Iacobus Kurner: De moratore uero laboris
et iuris tempore quam privato, libalae praec-
tationum praemissae.

2. Gedanum, Iacobus Goticus: De testamento iudici per pro-
curatorem ad acta exhibito.

3. Mettmann, Iacobus Victorius: De interpretatione legum
Romanaarum praesertim codicis repetitae praelationis.

4. Mettmann, Iacobus Victorius: Meditatio ad legem 5
C. de donationibus, qua simul praelationes
per hymen habendas significat.

1786

Ergebnisse der zweiten Reise nach
Sachsen, Thüringen und Sachsen-Anhalt.
Von dem 1. August bis zum 15. September
1786, ausgetragen durch die
Königlich Preußische Akademie der Wissenschaften
in Berlin, und von dem 16. bis zum 25. September
1786, ausgetragen durch die
Akademie der Wissenschaften in Halle.

1787

Die Ergebnisse der zweiten Reise nach
Sachsen, Thüringen und Sachsen-Anhalt,
ausgetragen durch die Königlich Preußische
Akademie der Wissenschaften in Berlin,
und durch die Akademie der Wissenschaften
in Halle.

1788

Königlich Preußische Akademie der Wissenschaften
in Berlin, ausgetragen durch die
Akademie der Wissenschaften in Halle,
und durch die Akademie der Wissenschaften
in Berlin.

1789

Die Ergebnisse der zweiten Reise nach
Sachsen, Thüringen und Sachsen-Anhalt,
ausgetragen durch die Königlich Preußische
Akademie der Wissenschaften in Berlin,
und durch die Akademie der Wissenschaften in Halle.

8

LIBERIUS
H. HENRICI
M. B. K. R.
DE
LITHOPHORIA
GESTATIONE ET PARTU MONOMINOSA
CIVILIS
IVRIS CRIMINALIS H. HENRICI
LECTIO N. V. P. A. C. L. S.
ACADEMIA G. F. H. M. A. ALBERTINA
PRAESES.

MICHEI, TYPIS DAE
ANNO MDCCXVII



Br. 3. num. 11.

220
230
DISSE^{TTATI}O INAUGURALIS
DE
EO, QUOD JUSTUM EST, CIRCA
ABUSUM RERUM CORPORALIUM
LICITUM ATQUE ILLICITUM
QUAM
DEO ADJUVANTE
ET
ILLUSTRI JURISCONSULTORUM ORDINE
DECERNENTE
IN ALMA CHRISTIAN-ALBERTINA
MAGNIFICO PRÆSIDE
**D. FRIEDERICO GOTTLIEB
STRU^VIO**

ACADEMIÆ VICE-PROCANCELLARIO, CONSILIARIO
JUSTITIÆ, PROFESSORE ORDINIS JURIDICI PRIMARIO,
FACULTATIS p. t. DECANO
AD SUMMOS IN UTRIQUE IURE HONORES
DOCTORALES OBTINENDOS

AD DIEM VII. JANUAR. M DCC LII.

PUBLICE TUEBITUR

FRIDER. CHRISTIANUS SCHILHORN
LAUENB. ESCHEBURGENSIS.

K I L I Å,
LITTERIS GOTTER. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.



यद्यपि यत् यद्यपि यत् यद्यपि यत् यद्यपि
यद्यपि यद्यपि यद्यपि यद्यपि यद्यपि
यद्यपि यद्यपि यद्यपि यद्यपि यद्यपि

Thesis I.

Inter proprios Dominii effectus est usus & abusus rerum suarum, qui cuilibet domino, ex naturali aequo ac civili facultate, sub congruo tamen Legum temperamento permisitus habetur. Titii jus privat. Lib. III. cap. 6. num. 1. Id quod dilucide exponit Constantinus Imperator in famosa illa constitutione, quae refertur in L. in remandata 21 Cod. mand. Ex quo Doctores hanc inducunt regulam: *Quilibet dominus est liber rerum suarum moderator atque arbiter.* Cujus axiomatis ratio redditur in L. 9. Cod. de Judeis. ibidem enim Arcadius & Honorius Imp. afferunt, quia omnino iustum est; sua cuique committere. Et pariter concludit JCtus in L. 2. ff. si a parente quis manum, quod iniquum sit, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem.

Th. II.

In his nimirum duobus fundamentis usu & abusus re-declaratio rum, tota libertas dominii consistit, quæ partim in libero regulæ ad exercitio administrandi & alienandi res suas & pro lubitu jicitur. in quoscunque conferendi, juxta cap. 4. X. de sepultura; partim in plenissimo usu & fructu, omnia emolumenta percipiendi, se exserit, prout hæc omnia in uno contextu exhibet L. 6. §. fin. Cod. de secund. nupt. ibi: *Erit itaque licet utrilibet parti, que fidejussionem præbuerit, si sibi commodum esse perspexerit, his rebus mobilibus uti fini, easdemque dare*

A

dare mutuo, vel obligare vel vendere, ut ex his maxime liberi acquirentes possint materno affectui sine suo incommodo deservire. Nec minus rebus corporalibus uti atque abuti, sed eadem potestate, etiam circa res incorporales ac jura sua disponere, ut illa vel conservare, vel etiam in favorem alterius remittere queat, prout ipsi visum fuerit, cum quilibet beneficiis suis de jure competentibus renuntiare queat. L. pen. Cod. de paet^t uti diserte exponit L. 46. ff. de paetis. ubi ita concluditur: *Cum liceat sui juris persecutionem, aut spem future perceptionis deteriorem constituere.*

Th. III.

Sunt hæc vocabula *usus* & *abusus* invicem correlata, atque unum alterum explicat; unde, quidquid in *usu dominii non continetur, illud in abusum devergit.* Quod utrumque tamen domino liberum manet, atque ex naturali libertatis jure promanat, quippe quæ proinde recte describitur. quod sit: *naturalis facultas, ejus quod cuncte facere libet, nisi vi aut jure prohibeatur.* juxta L. 4. ff. de stat. homin. §. 1. Inst. de jur. person. Eademque ratio naturalis non saltem liberum agendi arbitrium circa personam; verum etiam liberam disponendi facultatem circa res atque bona complectitur.

Th. IV.

Ex hoc porro fluit alterum juris axioma: *Quod nemus sibi eam legem dicere possit, a qua non queat recedere.* Traditur hoc in L. 22. §. 1. ff. de legat. 3. Et quamvis illud dictum potissimum ad casus ultimarum voluntatum pertineat, ita, ut voluntas hominum ambulatoria, usque ad extremum vitae spiritum esse dicatur, juxta L. 4. ff. de adiunct. vel transf. legat. Attamen ex paritate rationis, ad omnes

Alterum
juris axio-
ma,

omnēs indifferentes actus referri potest, ita nimis, ut sola destinatio mentis netminem obliget, sed possit consilium suum mutare, variare, vel etiam coeptum semel negotium suspendere, aut penitus tollere, prout libitum ipsi visum fuerit, quia lex, quam quis sibi ipsi impo-
suit, efficaciam nullam habet, quamdiu personam propriam non egreditur. arg. L. 7. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Th. V.

Fundamentum hujus *Liberatis dominicae*, quae in uten-
do & abutendo rebus creatis tam animatis quam inanima-
tis nec non iis, quae ad imitationem vel supplementum na-
turæ, arte ac manu factæ sunt, consistit in *concessione Summi
Numinis*, cui *originarie* dominium hujus universi competit,
atque ex benigna sua voluntate hanc facultatem *derivative*
in homines contulit, ut rebus istis ad necessitatem, utilita-
tem ac commoditatem vitæ suæ conservandam uti & abuti
queant. Id quod partim ex principiis *rationis*, partim ex
principiis *revelationis*, in Scriptura sacra patefactæ, satis de-
monstrari potest. Cum enim ea sit corporis humani con-
ditio, ut adsumptis extrinsecus rebus indigeat, quibus nu-
triatur, & se contra vim frigoris atque caloris defendat,
vel etiam aliis vitæ subiiciens opus habeat, quibus ista com-
modior reddi, atque ad felicitatem humanam instrui queat.
Hoc ipsum vero sine usu & abuso rerum fieri non possit;
utique exinde naturali ratione recte colligitur, Deum Ter-
optimum maximum, qui vult hominem conservari, eun-
dem quoque media adprobasse, quae ad hunc finem obti-
nendum sunt necessaria. Unde porro consequitur, voluisse
pariter divinum Numen, quod homo alias creatureas ad u-

sus fuos adhibeat, quin etiam multas earundem destruat,
 quia alias utiles esse non possent. Neque solum id obtinet
 circa vegetabilia, & quæ citra sensum corrumpuntur, ve-
 rum etiam circa innoxia animalia, quæ utut cum dolore
 moriantur citra peccatum, tamen ab homine occiduntur,
 ac consumuntur. Puffendorff. de offic. homin. & civ. cap.
 12. th. 1. Imo, cum pleraque res ita comparatae sunt, ut
 non possint pluribus usum communem atque inexhaus-
 tum præbere, utique necessum erat, a communione ista-
 rum rerum primæva discedere, proprietatem illarum tac-
 tis quibusdam pacitis, & mutuis quasi permutationibus in-
 dicere, adeo, ut quod quisque de illis rebus usu consum-
 tibilibus occupasset, sibi haberet, aliosque ab usu & abuso
 illarum excluderet, uti evenit in frugibns terræ & arborum,
 alioque vitæ necessario instructu. Grotius de Jure belli &
 pac. L. 2. cap. 2. th. 6. Plenius adhuc hoc ipsum declarant
 atque divinam voluntatem dilucide exponunt Sacrae litteræ.
 Ubi nimirum ipse Deus statim a mundo condito, atque,
 iterum mundo post diluvium reparato, jus in res creatas
 ad victimum & amictum necessarias atque utiles, terram ejus-
 que fructus & omnes bestias humano generi subjecit, &
 liberum eorum usum atque abusum concessit, prout decla-
 rant Textus Genes. cap. 1. v. 26. 29. 30. item cap. 9. v. 2. in
 quo ratio & revelatio optime conspirat Buddei Theol. moral.
 Part. 3. cap. 3. th. 14. Struvius Synt. feud. cap. 1. th. 1.

Th VI.

Norma &
 moder-
 men usus
 & abusus.

Sicuti vero in omnibus rebus, certus modus atque fi-
 nis præscriptus est, quem ultra citraque rectum non potest
 consistere, ita facile apparet, *usum* illum atque *abusum* re-
 rum suarum, normam suam legalem accipere debere, ut
 proinde

proinde partim *licitus*; ac jure permissus, partim *illicitus*,
ac jure prohibitus habeatur. Quanquam enim nemo do-
minorum uti re sua aut etiam abuti prohibeatur, adeo &
conditionem rerum suarum aut meliorem, aut etiam de-
teriorem reddere queat, licet hoc cum incommodo quo-
dam alterius contingat, uti casum refert L. 24. § fin. ff. de
damn. inf. L. 6. Cod. de servitut. & aqu. Attamen hoc eate-
nus saltem obtinet, quatenus dominium in naturali suo sta-
tu ac libertate spectatur. Secus autem res se habet, quan-
do idem in statu civili consideratur, ubi *Lex & conventio il-*
lud restringit, ne forte nimia atque illimitata libertas, aut
ad injuriam alterius, & detrimentum juris illius quæfit,
aut in noxiā publicam devergat. Seldenus *de mari Clauf.*
Lib. 1. cap. 5. Ad quod concludit communis DDrum Re-
gula licitum coaretur, ut: *illicitum evitetur* juxta L. 3. §.
1. ff. de susp. & tutor. Eodemque spectat assertum *Juris*
Consulti in L. 40. § 1. ff. de damn. inf. ibi: quia honestus mo-
dus servandus est, non immoderata cujusque luxuria sub-
sequenda.

Th. VII.

Est nimirum *usus & abusus* rerum suarum de genere *Usus & ab-*
illorum, quæ saltem *permitta* dicuntur, atque idcirco con-*usus est, de*
traria lege vel pactione constringi possunt, ne ultra mo-*genere*
dum evagentur; ubi vero talis non exstat, ibi in libero *permisso-*
agentis arbitrio est positum, quid de re qualibet velit di-*rum.*
Puffendorff. *de Jure Nat. & Gent.* L. 1. cap. 5. §. 15.
Ita lex non præcipit, ut quis re sua ipse utatur vel abuta-
tur, sed potest vel usum rerum suarum penitus negligere,
vel etièm aliis concedere; uti casus in pecunia otiosa reli-
cta, ut eandem præsidii causa, quasi in deposito proprio
habeat.

habeat. *L. 79. de legat. 3.* nec non in usu & fructu aliis in re sua collato se exterit, *pr. Inst. de usufr.* Lex ergo atque conventio usum atque abusum rerum cuilibet domino, quasi in medio relinquit, ut inde sit communis pro libertate dominica præsumptio, atque eadem tamdiu operetur atque in judicio tam petitorio quam possessorio sit attendenda, donec contraria restrictio ab allegante legitime fuerit probata. Ideoque hoc utendi & abutendi arbitrium, merito ad res meræ facultatis pertinet.

Th. VIII.

Fundamen-
tum mode-
raminis
civilis.

Fundamentum autem huius moderaminis civilis, quo dominium privatorum quoad liberum usum atque abusum rerum suarum ad certos fines revocatur, est *Dominium Summi Principes in republica*, ut vocatur, *supereminens*; vicus princeps de bonis subditorum suorum pro *saluta publica* omnino disponere potest, dirigendo eorum usum ad publicam & communem reipublicæ suæ utilitatem. Nec non prohibendo e contrario abusum, quatenus ille reipublicæ noxius existit, *Vinnius Comment. ad Inst. §. ult. de his, qui sui vel alien. jur.* Et quidem sustinet hoc fundamentum nexus ille socialis, qui non minus inter principem & subditos, quam etiam inter concives invicem intercedit, atque totam reipublicæ compagem constringit. Unde quilibet ex natura atque indole societatis civilis obligatur, ut circa dispositionem rerum suarum ita se regat, ut utilis communi societati existat, siuum cuique tribuat, nemini jus sum quæsitum detrahat, imo aliquando de jure suo privato aliquid remittat, si necessitas atque utilitas communis hoc exigat. *Thomasius Jurispr. Div. L. I. C. I. n. 128.* Nam & reipublicæ aliquod dominium in bona

bona singulorum civium est tribuendum; quod tamen privatorum dominia non tollit, sed tantum illis supereminet, illaque limitat, atque ad utilitatem communem dirigit. Quae tamen directio, cum maximi sit momenti, modumque ordinariae potestatis transcendat, inde non tantum cum summa præcautione, ne in despoticam quandam tyrannidem atqne injuriam subditorum degeneret, neque ab alio, quam qui summum in republica regimen gerit, est exercenda; ab eo nimirum, in quem singuli ex pacto tacito jus transtulerunt, ut omnium atque singulorum rebus pro communi bono, invitis etiam singulis, uteretur. Huberus de jure civitat. L. 1. Sect. 3. c. 6. num. 37 & sequ.

Th. IX.

Ex hisce igitur præsuppositis duo possunt induci Con-
secretaria; Quorum primum hoc est; *Potest quis abuti re sua, ria duo.*
sed tamen providendum, ne privati rebus suis ita abutantur,
ut inde publico noceatur. Siquidem hoc officio boni civis
adversum agit, qui colere societatem, non destruere debet, prout bene monet Vinnius in *Comment. ad Instit. tit. de
bis qui sui vel alien. jur. §. ult. in not.* Ex hoc secundo ulteriorius consequitur: *Quod illes abusus facilius permittatur, qui
alterius utilitatem in republica promovet;* prout recte concludit. Hoppius in *not. ad d. §. fin. Instit.*

Th. X.

Cum vero objectum dominii sit latius, atque in sensu Objectum
generali tam personas, quam res complectatur; Siquidem Dominii.
etiam abutimur verbis *L. 41. ff. de pecul.* *L. 2. §. 1. testam. qu.*
aper. *L. 1. §. 1. ff. ad municipal.* *L. 15. ff. de V. S.* Non placet
omnes species *abusus* transfire, cum hæc opera partim nimis
longa

longa, partim supervacanea foret; Siquidem haec juris materia in pluribus causarum figuris jam ab aliis fuit occupata, prout de abuso privilegiorum Leisleri *meditationes* de interitu privilegiorum. De abuso juramentorum Ayreri & Bodini, de panarum humanarum abuso. Fischeri de abuso appellationum. Hugonis & Oldekoppie de abuso tortura. Ibidem Bodini de abuso cessionis bonorum. Möllenbeccii de abuso juris. Griebneri & Stryckii, nec non aliorum scripta plenius extant, quibus superaddere aliquid non gestio.

Th. XI.

Thema proponitur.

Idcirco, ut nos intra metam Disputationis contineamus, saltem de *abusu rerum corporalium* tam animatarum, quam inanimatarum, eoque vel *licito* vel *illicito* in praesenti tractatione agemus. Atque hujus meditationis *moralitatem* defendit communis JCtorum regula: *Quod abusus non tollat usum, ut proinde usus juxta abusum, & vice versa, abusus juxta usum suo modo possint invicem consistere;* Siquidem juxta alteram regulam juris Canonici: *Utile per inutile non debet vitiari.* Sicuti declarat cap. 37. de Reg. Jur. in 6to. At porro *utilitatem* politicam afferit inclitum Justiniani effatum, quod traditur in §. ult. Inst. de his qui sui et alien. jur. nimirum, *quod expediat reipublica, ne quis re sua male utatur.* Interest igitur fines tam *usus* quam *abusus* certos statuere, ut cuiilibet justi arque injusti, liciti atque illiciti norma tam naturalis quam civilis juris adpareat.

Th. XII.

Vocabulum abusus est aequivo-

Est autem vox *abusus* aequivoca, & tam in bono, quam in malo sensu accipi potest. In relatione vero specifica ad nostrum Dissertationis thema vocabulum *abusus* non in sensu lato adhibemus, sed saltem ad *res corporales* restringimus,

mus, quatenus scilicet Libertas Domini circa abusum illarum se exserat; Quem idcirco non tam describere, atque certa quadam definitione, vel potius descriptione complesti, quam potius exemplis declarare animus est, juxta indolem nostrae jurisprudentiae, quæ finem magis practicum quam theoreticum intendit.

Th. XIII.

Contingit vero *abusus* rerum corporalium duplici Abusus modo, videlicet, vel *deteriorando*, vel *penitus consumendo*. Idque rursus vel ita, ut res *penitus intereat*, vel ita, ut res in aliam speciem *transformetur*, & ita quodammodo natum surrogati subeat, atque ideo alia, non *re ac corpore*, sed tamem specie fiat. v.g. Si quis ex sylva faciat agrum, aut ex lacu aut stagno faciat arvum, pratum vel hortum; vel si alio modo ex dominio & numero rerum suarum propellat, uti fit in *derelictione* atque *usucapione*. Declarat hoc ipsum L.21. ff. de *hered. petit.* ibi: *deperditum intelligitur, quod, in rerum natura esse deficit; diminutum vero, quod usucaptum effet, & ob id hereditate exitit.* Similiter in L.63. §.fin. ff. pro Soc. dicitur: *intereunt, si conditionem suam mutaverint.*

Th. XIV.

Fit porro abusus per *remissionem jurium circa res competen- tium*, nec non per *impositionem oneris*. Quo quidem Abusus fit modo qualitas rerum naturalis non immutatur, verum sionem iurium atque conditio civilis alteratur, ac pretium rerum imminuitur, atque per hoc nostro patrimonio aliquid decedit. Conf. Michaelis de *deteriorat. proleg. n.44 & sequ.* Utraque vero facultas pariter ex iure dominii atque ex libera rerum sua-

B
rum

rum dispositione dependet. Althusii *Dicaeolog. Lib. I. cap. 140.*
 Vnde testator, quamdiu vivit, ambulatoriam voluntatem
 habere dicitur usque ad extremum vite spiritum, secun-
 dum L. 4. ff. de adm. vel transfer. legat. adeo, ut destruen-
 do ædes vel transformando in aliam speciem, ususfructus
 ædium legatus habeatur extinctus, quia res civiliter in-
 terisse dicitur; Pari modo etiam gravare usumfructua-
 rium, imposito onere potest, ex libero nimirum dominii
 ac proprietatis suæ jure, juxta L. 12. ff. quib. mod. ususfr.
 amitt.

Th. XV.

Instru-
mentorum
abusus,

In specie *Instrumentorum fit abusus* per Cancellationem,
 lacerationem, scripturæ inductionem, per lineas trans-
 versales, & simili modo; quibus modis vis illorum pro-
 batorialis infringitur, in qua ratio illorum formalis coas-
 ftere dicitur. *cap. 10. X. de fid. instrum. cap. 11. X. de pro-*
bat. L. 14. Cod. de fid. instrum. Quod quidem in propriis in-
 strumentis domino licitum habetur. Unde testamentum
 per Cancellationem consulto factam rumpi dicitur. *L. 1.*
§. 3. ff. de his qua testam. del. L. 11. §. ult. ff. de bon. poss. sec.
tabul. Pariter quando creditor debitori suo chirographum
 cancellatum reddiderit, debitum tacite remissum atque
 extinctum intelligitur. *L. 2. ff. de paet.* At vero circa aliena
 instrumenta hoc æque licitum non habetur.

Th. XVI.

Fine sabu-
sus liciti.

Uti vero in moralibus omnia ex suo fine legitimo æsti-
 manda sunt, quippe qui affectum agentis declarat, ac
 proinde imputationem actionis moralem multum inter se
 distinguit; Ita quoque diverso respectu abusus rerum uno
 modo *licitus*, altero vero *illicitus* haberi potest, prout af-
 fectus

fectus agentis variat. Sic permisum est in suo ædificare vel etiam ædes suas destruere, etiam in noxiā alterius, cum ille, qui jure suo utitur, nemini injuriam facere dicitur. L. 24. de S. U. P. L. 24. L. 26. ff. de damn. inf. Sin vero hoc fiat ad emulationem, animo saltem nocendi, lex omnino prohibet. Nov. 63. cap. 1. Struyii Synt. jur. civ. Exerc. XXXIX. th. 8.

Th. XVII.

Consistit autem prima causa abusus Licit in necessitate Prima causa humana, qua quis re aliqua, tam animata quam inanimata abusus indiget, ad necessariam vitae atque sanitatis sue conservatio-
nem, quam quisque sibi ipsi ex necessitate Legis naturalis debet. Atque in hunc finem rebus abuti, id est easdem corrumpere atque consumere liceat, juxta L. 29. Cod. de jur. delib. ibi: ad sustentationem sui & filiorum fructibus abutitur. Optime in hanc rem differit Puffendorff de Jur. Nat. & Genc. Lib. 4. cap. 3. th. 3. verb. Quod si consideremus illam facultatem humani generis in ordine ad ipsas res & animantes, quibus homo utitur & abutitur, sane quod illud cum ipsarum injuria non sit coniunctum, argumento esse potest, tum hominis natura, tum Creatoris concessio. Neque enim probabile videtur, ab optimo & sapientissimo Creatore homini, primaria inter terrenas creature, talem in janctam necessitatem se ipsum citra alterius injuriam, que utique nos potest non peccato esse, sociata, conservare nequirit. Accedit expressa concessio divina, que nihil scrupuli relinquat, quod ex oede potissimum animalium oviri poterat. Que si quid immanitatis habere videtur, hoc solo sufficienter tollitur, quod ejusmodi ipsi conditionem Creator assignaverit, ac eam facultatem mortalium genti attribuerit, quo, sive a Creatore delegato, sive concessa-

utantur, injuriam non faciunt. Ceterum super vegetabilibus aliisque sensu destitutis, nihil videtur difficultatis esse, quod comprehendere non possit, illis, dum ab homine consummuuntur, agere fieri, praesertim cum ab aliis bestiis aut brevi tempestatum annis lapsu sint corrumpenda: ac mulia corundem citra hominis operam non fuerint proventura.

Th. XVIII.

Altera cau-
sa est utili-
tas, in vicem commercia,

tanquam communis societatis vincula, suamque rem familiarem promovere cupiunt, atque inde non tantum praesenti, verum etiam futurae necessitatibus prospiciunt, possunt enim insperata incidere tempora, quibus alio modo necessitatibus humanis subvenire non possumus, nisi ex recondito quodam in futurum usum subsidio, tanquam ex fundo quodam thesaurario, quem providus paterfamilias in suum atque suorum usum collegit. Atque in hunc finem corrumpere etiam res licet, ut inde novarum specierum fiat generatio. Ac ideo civili quoque jure provisum est, ut species nova ex materia aliena confecta, si non possit ad pristinam suam atque rudem materiam reduci, ad specificantem pertineat. L. 7. ff. de A. R. D. §. 25. Inst. de rer. div. Quod quidem naturali æquitati vindetur adversum, prout sentit Grotius de Jus. B. & P. Lib. 2. cap. 8. n. 19. Attamen ratio juris civilis ex hoc prævalere potest, quod specificans ex potestate dominica simili, quallem in re, quam bona fide comparavit, acquisierit, potuit hanc materiam ad suam utilitatem accommodare, cum domino vero materiam suam vindicanti sufficere queat, æstimationem suæ materiæ per specificationem interemtæ consequi. L. 23. §. 5. ff. de R. V.

Th. XIX.

Th. XIX.

Utrique causa accedit sanitatis humana conservanda ratio, quae pari modo abusum rerum tam animatarum, quam etiam rese inanimatarum conciliat. Corporis enim humani cura renda est non minus ad officia hominum naturalia, quam medicina causa Sa mentis pertinet. Puffendorff de offic. hom. & civ. cap. 5. Ex hoc proinde sine etiam vivorum animalium cruciatus ad usum forte anatomicum, vel ad alium conservandi & reconciliandi sanitatem finem, recte permitti sunt, cum hoc tamen moderamine, ut, quantum fieri possit, cruciatus atque dolores vel minuantur vel abbrevientur, juxta pium monitum: Der Gerechte erbarmet sich seines Brüder. Prov. XII, 10.

Th. XX.

Inquirendum porro, quoque causa *voluptatis* tam & *oblectationis* licitum rerum abusum modificit, ut non contra rationem legum tam naturalium tam civilium impingat; ubi tamen primario supponendum est, nos non aliam, quam *honestam* voluptatem, hic intelligere, quae saltem ad *oblectamentum animi*, non vero ad corporis atque malorum affectuum intemperiem spectat. Quo referri potest Augustini dictum, quod recenset Gratianus in *Can. 1. Dif. 41.* his verbis: *Quisquis rebus præterrenuis reficitur utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus vivit, aut intemperans aut supersticiosus est; Quisquis vero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est: In omnibus enim talibus, non usus rerum, sed libido uenientis in culpa est.* Ex quo dicto illud omnino consequitur, quod affectus hominis interveniens distinguat *voluptatis causam*, eamque vel licitam vel illicitam reddere queat.

B 3

Th. XXI

Th. XXI.

Differentia objectorum circa quæ versatur abusus tam licitus quam illicitus, notanda. An quis nimurum re propria an aliena abutatur. Etenim circa illam major est potestas domini, quam circa hanc. Ibi liberum domini arbitrium, quatenus lege non est restrictum, dominatur; Hic vero præter legem civilem etiam pacta atque conventiones partium certum modum præscribunt, quem non licet excedere.

Th. XXII.

Differentia porro circa bonam ac malam fidem spectanda, ut minus differentia circa bonam ac malam fidem spectanda venit. Sicuti enim ille, qui mala fide sive *dolo malo* possidere rem desit, pro civili rerum possessore habetur, ut inde ad aestimationem rei permittæ, atque ad omne interesse præstandum obligetur. L. 27. §. 3. ff. de R. V. Struvii Synt. jur. civ. Exerc. XI. th. 12. Ita e contrario bona fides idem operatur atque dominium, & liberiorem facultatem utendi & abutendi re tribuit, juxta L. 25. ff. de petit. hared.

Th. XXIII.

Artifex manufacturas suas potest destruere. Hisce igitur præcognitis ad exempla procedendum erit; non quidem eo fine, quasi omnes casus exhaustire liceat, verum saltem potiores notabimus, ad quorum analogiam similes casus in foro obvenientes decidere possumus. Primum ergo argumentum hoc sit, *Licitum est artifici, manufacturas a se effectas, rursus destruere.* Non tantum eo casu, quando easdem forte noxias, scandalosas, aut imperfetas deprehendant, sed etiam pro lubitu, licet causa corruptionis nulla adsit, potest enim quis suo proprio

prio ingenio quid effingere ad nudum artis exercitium. Sic pictor picturas suas, licet optimae notae, rursus delere pro arbitrio potest. Ex paritate rationis species a se confessas artifex in alias species transformare potest, ex jure scilicet artis atque dominii libero.

Th. XXIV.

Alterum exemplum abusus rerum corporalium liciti Abusus re-
obvenit in *usu & abuso rerum consumibilium*, quarum scili-
cet usus in abuso atque consumptione consistit, atque ita
in ipsa sua substantia perimuntur. L. 11. §. 2. ff. de *jurejur.*
uti est vinum, oleum, frumentum, fructus arborum &c.
prout tales res pro objecto quasi ususfructus habentur,
quem Senatus Romanæ urbis ex ipsa *ratione naturali* indu-
xit, sicuti ad hanc provocat JCtus in L. 2. §. 1. ff. de *usufr.*
car. rer. que usu consum. de quo extat pr. & §. 2. *Inst. de usufr.*
atque in primis loquitur textus clarus in L. 5. §. 2. ff. de
usufr. car. rer. que usu consum. ibi: *Qua in usufructu pecu-*
cunia diximus, vel ceterarum rerum, qua sunt in abuso, ea-
dem & in usu dicenda sunt, non idem continere usum pecuniae
& usumfructum & Julianus scribit & Pomponius.

Th. XXV.

Aliud exemplum liciti abusus contingit in *usu & abuso* Abusus vesti-
mentorum quotidiano, quippe que competitenti usu atte-
runtur & imminuuntur, atque ad communem generis hu-
mani necessitatem pertinet, se contra aëris, frigoris atque
caloris tempestatem vestibus consuetis munire, & cum
usus vestium quotidianus sine abuso illarum fieri nequeat,
utique idem pro licito reputandus erit. Hoppius *comment.*
ad Inst. ad pr. de usufr. Cum vero etiam in hac parte ex-
cessus quidam possit evenire, qui reipublicæ noxius esse
queat;

queat; Unde providus Princeps recte per *leges vestiarias* modum determinat, quem non licet excedere. Stryck.
Dissert. de Jur. vestiar. cap. 3.

Th. XXVI.

Novum argumentum abusu liciti se exserit circa *pecuniam*, quippe quæ adsidua quadam permutatione, invicem ex patrimonio nostro decedit, rursus vero etiam crescit ac succrescit, juxta effatum Imperatoris in §. 2. *Inst. de usufr.* adeoque etiam in numerum earum rerum refertur, quarum usus in abuso consistit, ac rerum fungibilium nomine simul comprehendendi potest, quarum una vice alterius fungitur, atque inter se in commerciis hominum similes ac æquipollentes habentur, prout tradit JCtus in L. 5. §. 1. ff. *de usufr. ear. rer. que usu. consum.* ibi: si pecunia *usufructus legatus sit, vel aliarum rerum, que in abuso consistunt, nec cautio interveniat, videndum, finito usufructu, an pecunia, que data sit, vel ceteræ res, que in absumptione sunt, condici possint.* In hoc ergo abuso, si modo expensarum justa ratio habeatur, nihil culpabile deprehenditur, cum idem ad necessarium & socialem commerciorum usum tam publicum quam privatum pertineat. Unde quoque in restitutione pecuniae, quæ ex contractu mutui fieri debet, non corpora nummorum, qui dati sunt, sed saltem *quantitas spectatur, quam si receperit creditor, contentus esse debet, & debitor, restituendo pecuniam acceptam, in eadem qualitate & quantitate, contractui omnino satisfecisse intelligitur, quia non corpora nummorum, verum quantitas illorum in contractum & obligationem deducta intelligitur.* L. 6. L. 11. §. 1. ff. *de reb. cred.* L. 9. *Cod. de non num. pecun.* Struvii *Synt. jur. civ.* Exerc. XVII. th. 25 & sequ.

Th. XXVII.

Th. XXVII.

Disputant autem hic multum inter se Doctores de *esu* *Iesu car-*
carnium, an icitus sit, nec ne. Certe, sunt quidam, qui nūm
statuant; eundem penitus illicitum haberī; Provocant in
hunc finem ad Gen. I. v. 29. ubi saltem herbarum atque fru-
ctuum arboreorum fit mentio, quæ homini ad cibandum
concessa sunt; verbis: Und Gott sprach: sehet da, ich habe
euch gegeben allerley Kraut, das sich besamet auf der ganzen Erde,
und allerley fruchtbare Bäume, und Bäume, die sich besamen, zu
eurer Speise. Deinde rationem hanc addunt, quod inter
bruta & homines magna intercedat cognatio, scilicet,
quantum ad facultatem sensitivam & vim sanguinis, spi-
ritusque animales spectat. Weber in *not. ad Puffend. de*
offic. hom. & civ. cap. 12. §. 1. Denique provocant ad Con-
cilium Hierosolymitanum, quod memoratur in Actis Apo-
stolorum cap. 15. v. 20. ubi ab Apostolis & congregatiōne
Fidelium novi Testamenti concluditur; Quod Gentiles
*pariter atque Judæi ab *esu sanguinis* abstinere debeant.* Qui
tanquam Canon primitivæ Ecclesiæ ab omnibus debeat
observari, atque idcirco universalem Ecclesiæ legem pro-
ducat. Idque eo magis, cum ista congregatio faciat Ec-
clesiam quandam repræsentativam totius orbis. Nec
minus ex illa ratione, quod talis Canon Ecclesiasticus se
fundet in communi quodam precepto divino, quo divina
Majestas esum sanguinis expressis verbit prohibet, uti ex-
tat Levit. 3. v. 17. item 7. v 26. it. 19. v. 26. Atque impri-
mis Deut. 12. v. 16. nec non v. 23. 24. ubi notanter dicitur:
Allein mercke, daß du das Blut nicht esseſt, denn das Blut ist die
Seele, darum sollt du die Seele nicht mit dem Fleisch essen, sondern
solches auf die Erden gießen, wie Wasser. Add. Seldenus de *Jur.*
Nat. & Gent. sec. discipl. Hebreor. Lib. 7. cap. 1. At vero hoc non
 ob-

obstante, in affirmativam inclinamus sententiam, atque
esum tam carnium quam sanguinis licitum esse censemus.
 Equidem esum carnium quod attinet, extat de hoc ex-
 pressa concessio divina in sacris litteris *Genes. 9. v. 3.* ibi:
Alles, was sich reget und lebet, das sei eure Speise, wie das grüne
 Kraut habe ich euch alles gegeben. Et quanquam divinum Nu-
 men addat in *v. 4 & 5.* hæc verba: *Allein esset das Fleisch nicht,*
das noch lebet in seinem Blut, denn ich will auch eures Leibes Blut
 rächen, und will es an allen Thieren rächen. At vero respon-
 detur primo textus illi in contrarium oppositi, debent ac
 possunt accipi de crudo sanguine, quia immanitatem quan-
 dam in se contineret, ad culturam humanae naturæ crudo
 animalium sanguine vesci. Deinde potest responderi,
 quod illud præceptum divinum singulariter ad Israelitas
 tantum pertineat, ubi sanguis animalium quasi altari di-
 vino videbatur consecratus quæ ratio in novo testamento
 cessat, ubi Sacrificia Judaica sunt sublata; Neque ulterius
 obstat, quod ista prohibitio divina sit etiam extra gentem
 Judaicam protensa. *Levit. 17. v. 10.* Etenim vox *Grembl-*
ling ibidem posita, notat illum, qui quidem non erat na-
 tionis Judaicæ, verum ad religionem tamen Judaicam erat
 conversus, atque sic eodem jure tenebatur. Atque in si-
 milē sensum explicari debet canon illius Concilii Hiero-
 solymitani, quod ille faltem pro statu illius temporis, san-
 citus fuerit, ne gentiles ad Christianam religionem con-
 versi non statim nimio jugo gravarentur in rebus, quæ
 sua natura ad adiphora referri debebant, atque ne consci-
 entia Judæorum tum temporis adhuc tenerrime scandalo
 quodam offendenter per nimis laxam gentilium licen-
 tiā indultam; quæ tamen ratio, cum ad nostram Eccle-
 siæ

siæ faciem non quadret, idcirco, neque restricta canonis illius regula hodie nos obligare poterit.

Th. XXVIII.

Similis domino est bona fide possessor, qui proinde excusatur, quod putaverit, re sua se abuti. Declarat hoc disperte L. 25. §. 11. ff. de hered. petit. ibi: Consoluit senatus bona fidei possessoribus, ne in totum damno adsciantur, sed in id dunt taxat teneantur, in quo locuplesiores facti sunt. Quemcunque igitur sumtum fecerint ex hereditate si quid dilapidaverunt, perdidierunt, dum re sua se abuti putant, non praetabunt. Agit nimirum textus de judicio hereditatis universali, atque de eo, quod hereditati alienæ per culpam bonæ fidei possessoris decedit, quod ille abusum & consumptionem rerum atque ob id obveniens hereditatis decrementum praestare non teneatur, quia non aliter existimavit, quam se dominum esse, adeoque propter bonam fidem instar domini, pro lubitu circa res a se possessas potuit disponere, atque pro lubitu illas consumere. Struv. Synt. Jur. civ. Exerc. X. th. 56.

Bona fidei
possessoris
abusus.

Th. XXIX.

Neque tantum id procedit circa fructus hereditatis, Ampliatur quos bona fide consumxit, verum etiam si de ipso corpore thesis. hereditatis quid perdiderit aut diminuerit. Casum exhibit Ulpianus JCtus in L. 18. pr. ff. de hered. petit. ibi: Item vendendum, si possessor hereditatis, venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit, an petitione hereditatis teneatur, quia nihil habet, nec consequi potest: Sed Labeo putat, eum teneri, quia suo periculo malo argentario credidit. Sed Octavenus ait, nihil eum, quam actionem prestiturum, ob

C 2

has

has igitur *actiones petitione hereditatis teneri.* Mihi autem in eo, qui mala fide possedit, Labeonis sententia placet, in altero vero qui bona fidei possessor est, Octaveni sententia sequenda esse videtur.

Th. XXX.

Declaratio subjecitur. Hoc tamen ita declarandum venit, ut bona fidei possessor, neque de *rebus*, neque de *fructibus* hereditatis, bona fide consumptis, teneatur, nisi in quantum tempore rei judicatae ex his locupletior extiterit, in tantum enim in hoc *judicio universali*, etiam de consumptis restituendis obligatur. *L. 23. pr. L. 28. L. 30. §. 4. ff. de hered. petit.* Lauterbach *Colleg. Pand. pract. d. t. Concl. 10.* Cum enim hoc judicium hæreditatis sit universale, idcirco omnes accessiones in se complectitur, quae quacunque ratione, etiam occasione saltem hæreditatis possessæ, possessori obvenerunt, siquidem hæreditatis ea est conditio, ut ex natura universitatis incrementum & decrementum varium ex varietate temporis recipiat. *Heinecc. Elem. Pand. tir. de hered. petit. §. 67.*

Th. XXXI.

Lex ob-
stans 19. §.
1. ff. de he-
red. petit.
resolvitur. Neque obstat dictis *L. 19. §. 1. ff. de hered. petit.* ibi: *Imo & si possessor sua culpa eas (res scil. hereditarias) amisserit, tenetur.* Respondetur, textus ille juxta analogiam juris de illo casu est interpretandus, quando possessor alienæ hæreditatis, post *litem motam*, culpam admiserit, tunc enim incipit esse in mala fide, adeoque instar malæ fidei possessoris, non tantum de dolo, verum etiam de culpa tenetur. *Struvii Synt. Jur. civ. Excert. 10. th. 59.*

Th. XXXII.

Th. XXXII.

Ex pari ratione Iesus in L. 25. §. 12. ff. de hered. petit. Usus & ab-
Concludit; quod, si quis re sua laius usus fuerit, contempla- usus laius
zione delata sibi hereditatis, de eo non teneatur, quia, quasi
dives, se ipsum deceperit, adeoque ipse non aliud datum,
quam quod ipse fert, sentire debet, non vero hoc lucro a-
lienno petitoris cedere debet, cum putaverit sua re licite
abuti. Schilter prax. Jur. Rom. Exerc. 15. th. 41.

Th. XXXIII.

Aliter res se habet in *Judicio singulari rerum corpora- Quid juris
lium, quae per rei vindicationem a domino supervenienti in judicio
repetuntur. Hæc enim directa cessat, contra eum, qui singulari.
rem alienam bona fide perdidit, vel consumxit, & utilis
saltēm actio contra illum, re peremta, superest, in tantum,
in quantum inde lucratus est, idque saltēm ex aequitate na-
turali, quae non patitur, ut lucrum quis capiat cum da-
mno alterius. Struvii Synt. Jur. civ. exerc. 11. th. 13. Circa
fructus vero bona fide ante item contestatam perceptos at-
que consumtos, res aliter se habet, ita scilicet, ut tantum
extantes & nondum usucaptos restituere debeat; de con-
sumis vero bonæ fidei possessor non teneatur. Cum enim
hos, instar domini, bona fide absumperit, nequit dominus
eosdem amplius vindicare siquidem nullum amplius extat
fundamentum, ubi rei vindicatio pedem suum figere pos-
sit, quippe quae rem saltēm specificē possessam sequitur,
juxta L. 4. §. 2. ff. sic regund. Idemque dilucide exponit
§. 35. Inst. de rer. divisi. ibi: Siquis a non domino, quem do-
minum esse crediderit. bona fide fundum emerit, vel ex dona-
tione aliave qualibet justa causa a que bona fide acceperit, natu-
rali ratione placuit fructus, quos percepit, ejus esse, pro cultura*

& curā, & ideo, si dominus postea supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumis agere non potest. Ex quibus textibus simul adparet, bona fidei possessorum indistincte omnes fructus tam naturales, quam industrielles consumendo irrevocabiliter suos facere, adeo, ut neque in quantum locupletior inde factus teneatur, quia scilicet objectum petitionis singulare deficit. §. 2. Inst. de Offic. Jud. Eamque sententiam contra dissentientium opinionem recte propugnat Hahn ad Wesenb. tit. de R. V. n. 7.

Th. XXXIV.

Si heres ex semissem hæreditate totam hæreditatem ad se pertinere, Cautius; tanquam de re sua vixerit, & propterea hæreditatem, inutiliter quidem, sed sine dolo malo consumserit; Tunc queritur: An illud decrementum de tota hæreditate pro rata, an saltē de semissem ista decidere debeat; Atque respondet JCtus in d. L. 25. §. 15. ff. de hered. petir. Quod pro rata totius hæreditatis decidere debeat, quia nimis possessor bona fide fecerit, & plus nimio, quasi dominus & dispensator rerum suarum, sibi indulserit. Excusat enim eundem propensa humanæ naturæ affectio, quæ divites decipit, ut quandoque de rebus suis minus consulto agant; verba d. textus ita se habent: Adeo autem, qui locupletior factus non est, non tenetur, ut si quis putans, se ex assē hæredem, partem dimidiā hæreditatis sine dolo malo consumsūt; Marcellus libro quarto Digestorum tractat, num non teneatur, quasi id, quod erogaverit, ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, sed ad coheredem. Nam et si is, qui heres non erat, totum quidquid apud se fuit, consumsisse, sine dubio non tenetur, quasi locupletior non factus; Sed in proposita questione, tribus visionibus relatis; una prima, deinde

deinde alia posse dici, totum, quod superest, restituere cum debere, quasi suam partem consumserit; tertia, utrique, quod consumptum est, decedere, ait; utique non nihil restituendum, De illo dubitat, utrum totum, an partem restituendam dicat; Puto tamen residuum integrum non esse restituendum, sed partem ejus dimidiam. Idemque circa casum in §. 16. d.l. relatum juris erit, cuius rationem latius expendit Schilterus *Prax. Jur.*
Rom. Exerc. 35. th. 43. & sequ.

Th. XXXV.

Ad abusum porro spectat *destruccióne aedium*, quæ, quo usque. *Destruccióne* que a domino fieri queat, hic inquirendum venit. Certe aedium Jura communia destructionem aedium averfantur, cum in quo usque ter sit reipublicæ urbis aspectum ruinis aedium non defor mari. L. 20. §. 10. ff. de novi oper. nunt. L. 2. Cod. de præd. Navic. L. 2. L. 6. Cod. de adif. priv. Ex eadem ratiōne neque marmora aut columnas, aut ornamenta, ex ipsis aedificiis detrahere, negotiandi, licet *causa*, permisum habetur, siquidem etiam hoc deformitatem quandam inferret juxta L. 2. Cod. de adif. priv. L. 52 ff. de contrab. emt. Hæc ipsa tamen prohibitiō perpetua non est, verum penitus cessat, si nimirum neque publica utilitas, neque privata conventio obstat; Isto enim casu res ad communem dominii libertatem recedit; unde permisum habetur domino, si ædes casu deciderint, aream in hortum convertere, juxta L. 3. Cod. de adif. priv.

Th. XXXVI.

E contrario licita habetur. *ædes alienas destruere*, in- Licitum cendii extingendi vel arcendi *causa*. Prout declarat L. 49. §. 1. est, alienas ff. ad Leg. Aquil. ibi Celsus scribit, circa eum, qui incendii destruere arcendi gratia vicinos ædes intercidit; nam hic scribit, cef- incendi extingy- fare di *causa*.

sare Legis Aquiliæ actionem, justo enim metu ductus, ne ad se ignis perveniret, vicinas ædes intercidit, & siue per-
venit ignis, siue ante extinctus est, existimat, Legis Aquiliæ actionem cessare. *Add. L. 3. §. 7. ff. de incend. ruin. naufr.*
Nec tantum illa destruendi facultas datur, quando jam
ignis ædes istas arripuerit, verum etiam si salvæ adhuc
sint, attamen etiam propter futuri ignis irruentis metum
destruere licet, præstat enim tempestive prævenire, quam
nimis sero remedium querere. *Zæsius ad Pand. tit. ad Leg.*
Aquil. num. 10.

Th. XXXVII.

Res alienas Pariter *res alienas in mare projicere licet*, navis lævandæ
in mare & cum mercibus servandæ gratia, ut contra projicienter
projicere actio Legis Aquiliæ non competit. uti diserte decidit *L. 14.*
licet, navis cum mer- *pr. P. V. ibi: Qui servandarum mercium suarum causa alienos*
cibus ser- merces in mare projectit, nulla tenetur actione. *Est tamen*
vanda gra- *necessæ ut jactus fuerit factus ex communi vectorum vel*
neceſſe *majoris partis consensu, propter ingruentem tempestatis*
ut jactus *maritime casum. L. 2. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* Unde, si quis
fuerit factus *ex vano timore merces alienas projecerit, nulla urgente*
ex jactu *necessitate, domino istarum mercium ad damnum resar-*
merces *ciendum obligatur. D. l. 14. §. 2. ff. P. V. L. 27. §. 21. ad Leg.*
in mare *Aquil. Lauterbach Dissert. de L. Aquil. & extensione Leg. Rhod.*
th. 5.

Th. XXXVIII.

Culpa & ab- Ex hisce ergo consequitur, quod *Culpa & Abusus* non
abusus quat. sufficit semper invicem concurrant. Atque idcirco argumentum
concurrant ab uno non potest ad alterum produci. Differentia enim
potissimum quoad hanc materiam, primo in eo spectatur,
quod *culpa circa res alienas*, & *circa damnum illis illatum*,
obve-

obveniat; At vero abusus circa res tam proprias quam alienas versatur; Deinde, quod ea, quae jure dominii in re propria, licet damno fiant, non ad culpam, sed ad licitum rerum suarum usum referantur. Ast, in re aliena ad praestationes personales culpæ pertineant, & pro modulo conventionum & circumstantiarum præstari debent. Ut sic vocabulum culpæ atque abusus, duplarem relationem, atque inde diversimodam causarum decisionem involvat.

Th. XXXIX.

Ex hoc igitur provenit, quod illa rerum consumptio aut Consecratio deterioratio, que ex natura usus per conventionem concessi existunt. sit, pro abuso culpabili haberi non debeat, siquidem talem usum, ex libera conventione, concedens tacite, & abusum concessisse intelligitur, ut sic volenti non fiat injuria, nec propterea concedens querelam de damno, sibi inde emergente, movere queat. Casum exhibet L. 10. pr. ff. commod. ibi: Eum, qui rem commodatam accepit, si in eam rem usus est, in quam accepit, nihil præstare, si eam in nulla parte culpa sua deteriorem fecit, verum est; nam si culpa ejus fecit deteriorem, tenebitur. Specialis casus extat in L. fin. ff. Commod. de Equo ad certum iter commodato, verbis: Si commoda vero tibi equum, quo uteris usque ad certum locum, si nulla culpa tua interveniente, in ipso itinere deterior equus factus est, non teneris commodati, nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodavi, qui eum laborem sustinere non potuit.

Th. XL.

Ex hoc porro succedit Consecratio alterum; quod abusus rerum innoxius non habeatur culpabilis, sive ille inrum alterum.

D

re

re propria, sive in re aliena eveniat. Sicuti enim in rebus, quæ sunt innoxiae utilitatis, æquitas naturalis subvenit; ita quoque in isto rerum usu aut abusu, unde alteri nihil decedit, cessat legis civilis prohibitio.

Th. XLI.

*Abusus
modicus.*

Concedunt denique Interpretes *abusum rerum modicum*. Et quidem ex hac ratione, quia talis ob depravatam rerum humanarum conditionem tolerari debeat, licet non approbari. Ut notat Hoppius in *Comment. ad Inst. tit. qui sui vel al. jur. §. fin.* At vero facile patet, hoc ipsum Doctorum assertum maxime capiendum esse, de *non domino*, qui per abusum rei alienæ vero domino damnum aliquod intulerit; Hoc enim, si modicum fuerit, non attendendum venit, quia minima non curat *Prætor. L. 4. ff. de restit. in integr.* Siquidem vero domino circa res suas major potestas competit, ut possit re sua abuti, licet per hoc patrimonium suum proprium aliquam jacturam capiat; circa non dominum vero tam bonæ quam mala fidei possesso rem diversum quid statuendum esse, facile adparet, quia circa res alienas *Lex providet*, quæ nemini injuriam fieri, aut jus suum detrahi, permittit. Verum circa rem propriam *domini voluntas prædominatur*, atque idcirco provisio legis subsidiaria cessat.

Th. XLII.

*Abusus re-
rum corpo-
licitus.*

Abusui rerum corporalium *licito* opponitur *abusus il-*
rum corpo-licitus. Contingit autem ille, vel *naturaliter*, quando res
ralium illi- aut in totum aut pro parte perimitur, aut saltem deterio-
citus fit du- ratur, ut fit per *occisionem* animalium, quæ in alieno domi-
pliciter nio & nobis nou nociva existunt; aut etiam per extirpa-
tionem aut devastationem silvæ, toti provinciæ noxiæ &c.
vel

vel inducitur abusus rerum *civiliter*; quando quidem res ipsa integra & salva manet. At vero in exercitio utendi aliquid dolo vel culpa committitur, quod in abusum rei illicitum incidere potest; ut si quis contra conventionis legem re ad alium usum, lege vel conventione non destinatum abutatur.

Th. XLIII.

Ad abusum istum civilem pertinet etiam *abusus moralis*, quando quis *malis suis affectibus indulgendo*, rebus *moralis*, vel propriis vel alienis abutitur. Idque vel in *defectu moderaminis* civilis, derrahendo alteri jus suum; vel in *excessu* per vitium prodigalitatis, & nimis profusam liberalitatem se exserit; quod utrumque evitandum est, ut virtus in medio confistere queat.

Th. XLIV.

Species porro *abusus moralis* est *Negligentia*, sive corrupcio aut deterioratio rerum, quæ ex neglecta illarum usus moribunda cultura aut custodia emergit; Eaque vel *commisera*lis est ne^{do} quid, quid unde per consequentiam damnum obvenit, gligentia. si cura & inspectio illius postea omittatur; vel *omittendo*, quod necessarium atque utile erat, existit. L. 54. §. fin. ff. de hered. petit. Unde non licet agros, licet proprios, ex supina incuria, incultos relinquere, quos excolere prudenter patrisfamilias economica exigeret. Peccat enim quis hoc casu contra officium boni patrisfamilias. Similiter in abusum illicitum degenerat, hortos pomiferos, Obst tragende Gärten und Bäume, sentibus horridis exponere. Ut bene advertit Stryckius *Dissert. de damno reb. alien. lic. illat. cap. 3.*

D 2

Th. XLV.

Th. XLV.

Ut vero *abusus* rerum corporalium alicui in bonam vel malam partem imputari queat, est omnino necesse, ut persona agens doli vel culpæ capax sit; Omnis enim rerum abusus supponit intellectus & voluntatis usum. Unde actus infantum, furiosorum, mentecaptorum, dormientium &c. Censuram de abusu lictio vel illico non subeunt, siquidem in hisce & similibus personis fundamentum imputationis moralis cessat, indeque damna, quæ inde prove- niunt, ad easus fortuitos referri debent, quos nemo præstat; Similiter notandum, quod quilibet ex *fæcto proprio abusus* saltem teneatur, non ex *fæcto alieno*; Si- quidem etiam tali casu ratio imputationis moralis deficit. Id quod declarat L. I. §. 17. ff. *Si quid in fraud. patr. ubi dicitur: si libertas pecuniam accepit mutuam atque prodegit, non debet perdere, qui mutuum dedit, nec ei imputari, cur dedit.* Si- militer pro malæ fidei emtore haberi non debet, qui emit a domino Luxurioso, quem scit, pecuniam statim *consumingurum*, vel scorto daturam esse. juxta L. 8. ff. *pro Emto.*

Th. XLVI.

Circa personas abutentes rebus suis devergit in vitu- perium & abusum rerum illicitum Prodigalitas; quando quis nec finem nec modum expensarum servare scit, & malus rerum suarum dispensator existit, propterea, quod dilacerando, atque dissipando bona sua profundit, uti de- finit L. 1. ff. *de curat. furios.* *Quibus proinde decreto Ma- gistratus prævia causæ cognitione, administratio bonorum suorum interdicitur, Curatorque iisdem constituitur, qui bonis illorum providere debeat, ne intemperanti abusu rerum suarum se ipsos spolient, in paupertatem incident,* atque

Abusus in
prodigali-
tate.

atque postremo cum proximos suos tum rempublicam onerent. L. 12. §. ult. ff. de tut. & curat. dat. Neque in hac materia distinctio servanda, an sit prodigus *moraliter talis*; an vero *civiliter*; hoc est, per decretum magistratus pro prodigo declaratus. Siquidem illa quoad actus quidem civiles attendenda venit, quoisque nimirum vel testamenta facere, vel tuto cum eodem contrahi possit. At vero circa officium boni patrisfamilias hæc differentia civilis cessat, cum usus & abusus rerum suarum sit naturalis dominii effectus, adeoque! Dominus rerum suarum & prudens dispensator, non tantum regulas civilium legum, verum etiam leges naturales observare debet, quæ omnem prodigalitatem in noxiū usum degenerantem improban, atque idcirco illicitam reddunt. Leyser Med. ad Pand. spec. 349. A quo neque leges civiles penitus recedunt, dum ei, qui scienter Luxurioſo juveni credit, nec non, qui pecuniam ad ludendum dat, repetitionem ejusdem dengant. L. 1. L. 2. Cod. de Aleator. Eadem ratio est Senatus Consulti Macedoniani, quod improvidis filiisfamilias contra astutias fœnoratorum præsidium legale constituit, & immoderatae juvenum luxuriæ repagulum ponit; ita tamen, ut naturalis obligatio maneat salva. L. 10. ff. ad scr. Macedon. ne scilicet vitium personæ se latius ultra personam in noxiā alterius extendat, si forte iste dolo careat.

Th. XLVII.

Restictum est *dominium mariti in fundo dotali*, qui in- Jus mariti
aestimato in dotem est datus, adeo, ut licet effectus domi- in fundo
nii civiles percipiat, juxta L. 9. Cod. de R. V. Eundem ta- dotali,
men neque imminuere aut eidem aliquid detrahere, neque
in aliam formam transformare potest. L. 7. §. 12. ff. Solue.

D 3.

ma-

matrim. Cum enim uxori dominium naturale in fundo dotali remaneat, non potest maritus juri ejus deteriorando vel corrumendo fundum dotalem præjudicare. Unde quicquid ejus rei fecerit in abusum fundi dotalis illicitum cedet; Siquidem fundo dotali non aliter uti debet, quam bonus paterfamilias eodem uti & abuti potest. Aliter res se habet, quando res *affimate*, scilicet venditionis causa, vel si tales res sunt, quarum usus in abusu sive consumptione consistunt, in dotem datae sint, ubi maritus æstimationem rei corruptæ præstat, etiamsi v.g. vestes, usu & abusu ipsius uxoris attrita sint, quia æstimatio omne periculum usus & abusus in maritum transfert uti habet tex-
tus in L. 10. pr. ff. de jur. dot.

Th. XI. VIII.

Emphyteuta, quamquam de ipsa fundi proprietate participet, non tamen fundum emphyteuticum, ædes abusum ibi positas destruendo, arbores frugiferas excidendo, aut fundi jure fundum non recte colendo &c. deteriorare potest. Fachinæus Lib. 1. Conf. 49. Carpzov Part. 2. Conf. 38. def. 24. Neque potest fundum emphyteuticum in aliam faciem transformare, si per hoc fundi conditio fiat deterior. Richter P. 3. dec. 143. Adeo, ut tale quid faciens, abusum fundi emphyteutici illicitum admittere dicatur, atque emphyteusi privari queat, prout latius declarant Molina de Iust. & Jur. Tr. 1. Diff. 457. Hart. Pistor Lib. 1. quest. 28. Mantica de tac. & ambig. Convent. Lib. 22. tit. 20. Adeo, ut propter talem abusum ipso jure emphyteuta fundum amittat. Vasquijs Contrav. illustr. Part. 2. L. 3. c. 64. modo accesserit sententia judicis declaratoria. Clarus Recept. Sentent. §. Emphyteusis. Qd. 26. Id quod tamen ita declaratur, ut tunc privatio locum

cum habeat, quando hæc tria concurrant. Primo, ut deterioratio non sit modica, verum alicujus momenti, atque talis, ut facile damnum datum restaurari nequeat. Meuius *Part. s. dec. 348.* Secundo, ut ipsa substantia prædii sit corrupta aut deteriorata. Tertio, ut illo dolo, lata vel levi culpa emphyteutæ contigerit, prout hæc tria requisita conjungit Auth. *Qui rem. Cod. de S. S. Eccles.* Mynfinger. *Cent. 6. dec. 86.* Trentacinq. variar. *Resol. L. 3. resol. 2.* Est tamen in arbitrio domini directi, an emphyteutam propter talēm deteriorationem fundo expellere velit an vero jus suum remittere, atque saltem ad reparationem darni ex contractu emphyteutico agere velit. Aut. Faber *Cod. Sa-baud. Lib. 4. tit. 43. def. 52.* Cessat vero hæc expellendi potestas, quando damnum atque deterioratio culpa saltem levissima emphyteutæ contingat, hanc enim, tanquam in re, ex parte sua præstare non tenetur. Harprecht ad §. 3. *Inst. Loc. Cond. num. 422.* Porro si partem saltem deterioraverit, v.g. Sylvam devastaverit, tunc toto non privandus est, sed illa parte saltem, cum poena, ultra modum delicti se non possit extendere, Lauterbach *Colleg. Pract. Pand. ad tit. Si ager. vctig. Concl. 21.* Est præterea hæc actio fundi privatoria personalis, quæ vindictam spirat, adeoque si dominus directus, vivo emphyteuta, qui in dolo vel culpa existit, non fuerit conqueitus, adversus hæredem, mortuo, emphyteuta, ad privationem agere non potest. Gamma *Dec. Lust. 17.* Denique privatio fieri non potest, quando deterioratio fundi alio modo, per factas meliorationes iterum compensata fuerit, forte in locum arborum extirpatarum ædificium fructuarium sit positum &c. Leifer *Med. ad Pand. Spec. 192. num. 8.*

Th. XLIX.

Th. XLIX.

Quid juris Pari modo *Vasallus*, quando male circa fundum feudi in *Vasallo*. dalem, dolo vel culpa levi verisetur, eumque abutendo, insigniter corruperit aut deterioraverit, feloniam committit, & feudo privari potest. I. *feud.* 21. 22. II. *feud.* 8. *Struv. Synt. feud. cap. 15. th. 5.* Nec tantum *Vasallus* propterea feudo privatur, verum etiam agnatis ac simultaneae investitis ad reparationem damni tenetur. *Carpzov. Part. 3. Conf. 31. def. 8.* Neque opus est, ad inducendam privationem, ut præcedat domini vel agnatorum denunciatio, quia ipsi *Vasallo* jam notum est, aut notum esse debet, quod fundum feodium colere, prudenter conservare ac meliorare, non vero deteriorare queat. Ad *Vasallum* tamen eo magis de dolo vel culpa convincendum, utilis est denunciatio, atque hoc spectat *textus II. feud. 27.* in contrarium allegatus. *Schrader de feudis P. 9. cap. 6. n. 67.* Cæterum de quantitate & qualitate præcedenti aliquando oculari inspectione, *Judex* prudens debet arbitrari, an illa tanta sit, ut privationem feodi inferat, & num deterioratio ita maxime comparata sit, ut ad perpetuam fundi feudalis jacturam spectet. *Menochius de Arbitr. Jud. Quæst. Lib. 2. cas. 78.*

Th. L.

Facit autem *abusum* rerum corporalium *illicitum* vel *Causa abu-* *Lex* vel *Conventio*. Cum enim abusus rerum in naturali sus illiciti dominii facultate consistat, utique illa naturalis libertas est vel *Lex* tamdiu salva atque integra manet, donec *restrictio* quaëdam vel per *Legem* publicam, vel per *conventionem* privatum inducatur. Est proinde illa *restrictio* ab allegante probanda, qui *illicitum* rerum *abusum* asserit, cum semper sit pro naturali libertate *præsumtio*, donec contrarium appareat.

Th. LI.

Th. LI.

Primaria causa hujus restrictionis est *Interesse publi- cum.* Siquidem juxta §. fin. Inst. de his qui *sui vel alien. jur.* effatum Imperatoris diserte statuit. *Expedit Reipublica ne quis re sua male utatur.* Quod quidem juris assertum latissimum est & plures casus in se complectitur, ut non minus ad res incorporeas quam corporales pertineat; Atamen juxta modulum nostræ Dissertationis, tale interesse publicum & inde proveniens *abusus illiciti prohibitio maxime spectanda* venit, primo in *Devastatione sylvarum noxia.* Bey ruinirung der Hölzer und Waldungen, unde damnum totius provinciæ irreparabile emergere potest, adeoque sedulo præcavenda. Mevius Part. 6. decif. 258. Indeque Fiderus Mindanus de Mandat. Lib. 2. cap. 39. num. 2. recte scribit: *Quod Sylvarum vastatio per præceptum inhiberi potest, due cum primis gravissima sunt cause: Publica utilitas & damnum irreparabile.* Primo enim interest reipublica, ne materia desinet adfectorum, navigiorum & similium, quibus usus Civitatis carere non potest. Accedit, quod absque sylvarum subsidio publicus civitatum aspectus, publicumque decus tandem deformetur, et hæc & adficia omnia currere, necesse sit, & nihil adficari queat. Deinde cum sylva arboresque annoſa non facile succrescere atque restitui possint in pristinum, nemo est, qui dubitat de danno irreparabili; Indeque hoc casu mandata pœnalia inhibitoria decerni possunt. Gail Lib. 2. obs. 77.

Th. LII.

Eadem cura Magistratus publica versatur circa Arbores frugiferas conservandas, quæ sine causa, ut non extirpentur, recte inhibitio fieri potest, cum tales ad publicum victum utiles, imo quandoque necessariae existere possint,

E

adeo,

adeo, ut non tantum præsenti, verum etiam futuræ necessitati sit prospiciendum. Krebs de *Ligno & Lapide Part. 1.* Class. 2. Sect. 2. §. 1. & sequ.

Th. LIII.

Abusus in servitute usus.

Ex privata Conventione abusus circa rem alienam potest obvenire in *Servitute usus*: quando quis ultra usum quotidianum plus sibi arrogat, & facultatem utendi & abundi rebus concessam, ultra necessitatis casum, vult ad pleniorum fructum, ad utilitatem vel etiam otiosam voluptatem extendere. Elegans textus est in L. 12. §. 1. ff. de usu & habitat. ibi: *Sabinus & Cassius, & lignis ad usum quotidianum & horto & pomis & oleribus & floribus & aqua usurum, non usque ad compendium, sed ad usum scilicet, non usque ad abusum.* Nimirum usum rei habens, tantum saltem ex recipere potest, quantum sibi suisque, pro condizione & dignitate personæ sufficit, ita ut etiam *largius* quandoque uti possit, neque illud in abusum degeneret, si modum regionis aut civitatis consuetum observet. D. l. 12. §. 1. in fin. Unde si usuarius vendere usum vellet, hoc in abusum cederet. L. 8. ff. de usu & habitat. Gothofred. in not. ad d. l. 12. Lit. m. ubi ait: *non ut vendat, sed ut ipse utatur, vendere enim posse, est abuti, venditio est abusus.* Idemque declaratur in §. 2. 3. Inst. de usu & habit. Qui textus pariter expresse ad usum saltem quotidianum provocat. Adeoque usuarius ulterius procedere non potest.

Th. LIV.

Usus ab usufructu separacionem recipit, utpote posterior est plenior. §. 1. Inst. de usu & habit. prout habet textus in L. 14. §. 1. ff. de usu & habit. verbis: *Usufructus an fructus legetur, nihil interest, nam fructui & usus inest:*

inest: usui fructus deest; & fructus quidem sine usu esse non potest, unus sine fructu potest. Cui non obstat L. 42. pr. ff. de usufr. ibi: Si alii usas, alii fructus ejusdem rei legetur, id percipit fructuariorum quod usuario supererit, nec minus & ipse fruendi causa & usum habebit. Distinguendum enim est inter ius ipsum & exercitium juris concessi. In hoc usuarius cum usufructuario concurrit, non vero in illo, prout illos textus invicem conciliat. Coccejus *Jur. Civ. Controv.* tit. *Pand. de usu & habit.* Quæst. 1.

Th. LV.

Abusus proinde illicitus foret, quando usuarius, cui forte unus sylvæ legatus fuerit, vellet ligna in futurorum quoque annorum usum cädere, cum unus morte finiatur & sic non posset in futurum tempus, penitus incertum, suæ aut familiæ necessitate prospicere. Præsertim, cum unus rerum concessus, ex ratione temporis atque circumstantiarum personæ usuarii incrementum aut decrementum recipiat. Ex quo est, ut si fructus silvæ ac ligna unus abundant, superfluum proprietario debet restituiri; nec potest hoc usuarius in unus vel abusum suum convertere. hoc enim foret excessus in unus. Excipimus tamem causum, quando unus sylvæ unus notwendigen Feuerholz und Unterhaltung legatus fuerit. Berger *Ocon. Jur. Lib. 2. tit. 3. §. 20.* forte ex illa ratione quia tunc accedit legatum vicius, quod plenius est.

Th. LVI.

Nec minus in *usufructu* a domino proprietatis, vel Abusus in etiam a lege concessio, potest *abusus* obvenire, quando fru-*usufructu*.
tuariorum ultra modum a lege vel conventione præscriptum procedit, demolgendo quid, quod in deteriorationem fun-

E 2

di

di atque substantiæ fructuariæ pertingeret, hæc enim in rebus, quarum usus non in consumtione consistit, salva proprietario manere debet. *pr. Inst. de usfr.* Atque ideo si per dolum vel culpam fructuarii inde quid decedat, proprietario ad indemnitatem præstandam obligatur. *L. 13. §. 2. ff. de usfructu.* Id quod tamen ita intelligendum, ut saltē de levi culpa boni patris familias teneatur quia casus atque negotia rei œconomicæ nimis sunt varia, variis temporum tempestatisbus obnoxia, atque saepius incerti eventus, ut non omnibus fructuarius satis invigilari possit; ac propterea iniquum foret, eandem ultra culpam levem atque dolum obstringere, siquidem in causis maxime dubiis atque incertis, æquitas prævalere debet. *Struvii Synt. jur. civ. Exerc. 11. th. 23.* Neque etiam formam fundi fructuarius in pleniorum usum transferre potest, juxta *L. 11. ff. de usfr.* quia hæc facultas ad dominum proprietatis non ad fructuarium spectat.

Th. LVII.

Usis &
usuſfructus queat, Jura constituerunt, ut *usuſfructus* æque atque *usuſ*
propter abusum, dolo vel culpa fructuarii vel usuarii patratus, jure suo uterque excidat, in quo causarum momento usus atque usuſfructus invicem conveniunt. *L. 9. §. 5. in ff. de dann. inf. 1. 1. ff. Quib. mod. usfr. vel usus amitt.*
Berger Oecon. Jur. Lib. 2. tit. 3. th. 14. Committitur ille abusus in genere, quando quis circa fundum officium boni patris familias non observat, fundum non recte colendo &c. Nec non, quando contra modum, lege provinciæ, aut conventione præscriptum re utitur, ut inde damnum aliquod proprietario obveniat. *Struvii Synt. jur. Civ. Exerc. 12. th. 34.*

We-

Wesenbeccius ad tit. *Dig. Quib. mod. ususfi. amitt. num. 3.* Est tamen præterea necesse, ad hoc, ut privatio juris inducatur, ut sit deterioratio insignis. Titii *Jus privat. Lib. 3. cap. 12. th. 21.* De cuius tamen quantitate & qualitate prudentis judicis arbitrium exigitur. Castillo de *usufr. cap. 24.* Menoch. *de arbitr. jud. queſt. Lib. 1. cas. 78.*

Th. LVIII.

Vicissim etiam proprietarii potestas dominica, durante Proprietatuſusuſructu, in fundo fructuario ita reſtringitur, ut nequeat rī reſtricta diruendo ædes, vel corrumpendo arbores, aut alio modo dominii per imminutionem aut transformationem fundi, fructua- factas, rī impedimentum aliquod in pleno rerum usu atque fru- etu objicere, aut illum qualibet ratione in exercitio juris concessi prægravare, adeo, ut si quid tale tentare vellet, vel etiam actu efficeret, fructuarium indemnem fervare debeat.

Struv. *Syn. jur. Civ. Exerc. 11. th. 20.*

Th. LIX.

Commititit etiam abusus illicitus circa rem, quæ ad Abusus rei commodatum concessa fuit; Quando nimirum quis re aliter commoda- nitur, quam prout conventum fuerit. Cum enim forma com- modati specificia in eo consistat, ut res, ad usum certum, ac vel ratione temporis, vel ratione modi definitum, conce- datur. L. 17. §. 3. *Commod.* Utique patet, quod si Commo- datarius realiter contra præfinitam contractus formam uta- tur, abusum quendam illicitum committat; Cæterum, licet juxta communem Doctorum sententiam excusetur Com- modatarius, si tale quid bona fide fecerit, in justa scilicet ac probabili opinione constitutus, se hoc non invito com- modante facere. Koppen. *Lib. 2. obs. 10.* Lauterbach *Colleg. pract. pand. ad iii. Commod. Concl. 10.* Attamen hoc ita decla- randum

randum censemus, ut sola ista bona fides eundem quidem liberet a vitio doli atque inde dependentium effectuum civiliū; Non tamen eundem liberet a præstatione moræ ac damni, si quod inde rei commodatæ acciderit; Siquidem talis abusus rei commodatæ, qui ultra tempus ac modum protrahitur, semper in speciem culpæ accidit, quæ omnino a commodatario præstari debet, cum officium humanitatis, quod commodans, commodando rem ad usum gratuitum, ipsi non debeat esse damnosum; maxime cum usus rei commodatæ nimis omnino strictus sit, neque cum usufructu rei comparari possit, qui laxior omnino est.

Th. LX.

Quid juris sit in deposito. Minus adhuc habetur in contractu *depositi*, per quem res mobilis depositario ad nudam *custodiam* traditur, non ad usum. Adeoque hinc constat, secundum essentiam hujus contractus depositario nullum usum rei depositæ, ac proinde neque abusum concedi; verum rem omnino intactam asservare debet, atque si eandem contrectaverit, hoc in vitiosum quendam *abusum* atque *illicitum* discedit. *L. 16. ff. de cond. furt.* Quod si tamen vel pactum expressum vel tacitum, v. g. pecuniam non obsignatam deponendo, ac cesserit, quo usus rei vel etiam abusus v. g. pecuniæ, concessus fuerit, sine dubio consumendi facultas intelligitur collata, adeo, ut sufficiat rem acceptam in genere ejusdem quantitatis & qualitatis restituere. *L. 1. §. 34. L. 25. §. 1. ff. de pos. L. 7. L. 8. Cod. eod.* Mevius *Part. 8. dec. 164.*

Th. LXI.

Quid juris in eo, qui pecuniam alienam, quam ex administratione penes se habet, veluti tutor, negotiorum gestor, officialis ærarii publici

blici &c. contra fidem contractus in proprios usus conver-
terit, is enim a tempore contrectationis factæ, qua pecu-
niam talam consumit, usumque ejus vel abusum sibi ar-
rogavit, ad usuras centesimas obligatur, easque punitorias uti est tutor
præstare debet, nimirum in pœnam violatæ fidei admini-
stratoria. Declarat hoc ipsum L. 38. ff. de negot. gest. ver-
bis: Si non utilit rationibus creditoris, cuius negotia gerebat,
eum pecuniam a se debitam merito usuras bona fidei judicio præ-
staturum, sed quas usuras debebit, videamus, utrum eas, qui-
bus alii idem creditor fœnoraasset, an & maximas usuras, quo-
niam, ubi quis ejus pecuniam cuius tutelam negotiave aut ma-
gistratus municipii publicum in usus suos convertit, maximas
usuras præstat, uti est constitutum a Divis Principibus, sed iſius
diversa causa est, qui non sibi sumpsit ex administratione num-
mos, sed ab amico accepit, & ante negotiorum administratio-
nem. Nam illi, de quibus constitutum est, cum gratuitam, cer-
te integrarum & abstinentem omni lucro præstare fidem deberent,
licentia, qua videntur abuti, maximis usuris, vice cujusdam
pena, suajiciuntur. Add. L. 7. §. 4. 5. 10. ff. de administ. tuto.
s.t. Cod. de usur. pupillar. Neque obstat L. 10. §. 3. ff. mand. ibi
enim per usuras legitimas intelliguntur centesima, five
maximæ, quæ juxta stylum JCtorum veterum legitime di-
cuntur. Atque hoc modo textum conciliat. Lauterbach
Colleg. pract. Pand. tit. mand. Concl. 30.

Th. LXII.

Cæterum controvertitur inter Doctores: An jure ho- An hodie
dierno adhuc illæ usura centesima in dictis casib⁹ obtineant, usura cente-
In hoc nimirum omnes consentiunt, quod istæ personæ ad simæ de-
usuras ordinarias teneantur; Excepto tamen officiali publi- beantur.
co, qui certum habet reddendæ pecunia præfixum termi-
num,

num, iste enim intermedio tempore pecuniam quæstoriam in proprios usus convertens, lucrum inde perceptum in rationes publicas referre non abligatur, modo terminos præscriptos rite observet, quia scilicet ante lapsum illius termini in nulla mora est constitutus, atque idcirco pœnam moræ sentire non debet, prout recte concludit. Brunne-man ad L. 10. §. 3. ff. mand. num. 8. 9. Quoad reliquas vero personas, putant nonnulli Doctores, hodie saltem ad consuetas & more regionis usitatas obligari. Rauchbar Part. 2. Quæst. 26. num. 23 & sequ. Alii contra sentiunt, quorum sententia duobus nititur fudamentis. Primo, quia hoc nostro jure nullibi reperiatur relatum, ergo stare adhuc debbit, arg. L. 27. Cod. de testam. Secundo, quia eadem ratio, pœna scilicet violatæ fidei contractus supereft; Unde constitutum hoc Juris Romani, etiam praxi Imperii hodierna obtinere debere, cefset Berger Oec. Jur. Lib. 1. tit. 4. ib. 10. not. 8. Verum cum ratio illa Juris Romani partim ex doctrina saltem disciplinæ Stoicæ a JCtis veteribus desumpta; partim mere politica sit, ad statum reipublicæ Romanæ popularem maxime respiciens, ac proinde ad statum Imperii hodiernum minime quadret; Idcirco contrariam opinionem magis tuendam arbitramur, neque enim receptio Juris Romani, contra analogiam juris hodierni imperialis est explicanda.

Th. LXIII.

*Quid juris
in pignore.* Sitniliter restrictus est *usus & abusus in pignore*, utpote quod pariter non ad usum, sed saltem ad securitatem creditoris traditur. §. 4. Inst. quib. mod. re contr. oblig. Nequit proinde creditor ultra finem contractus sibi plus aliquid in re

re pignorata arrogare. Exceptio tamen est, in pignore, quod cum pacto antichretico traditur, per quod facultas utendi fruendi fructibus, in compensationem usurarum, atque idcirco, etiam consuuptio atque corruptio fructuum conceditur, juxta L. 33. ff. de pignorat. act. Siquidem vox, uti, in dicto textu plenissime accipienda est, ut etiam ex natura correlatorum, potestatem abutendi complectatur, cum vocabulum antichresis utrumque in se contineat. Lauterbach Coll. præt. pand. tit. de pignorat. act. Concl. 6. & sequ. Adjicitur autem tale pactum vel expresso, vel tacite, eo nimis casu, quando res frugifera loco pignoris tradita; Tunc enim, ne translatio possessionis habeatur frustanea tacita facultas utendi & abutendi fructibus intelligitur concessa, L. 17. Cod. de usur. L. 8. ff. in quib. caus. pign.

Th. LXIV.

Est porro restricta utendi atque abutendi facultas, circa res communes, quae vel per conventionem societatis expressam, vel per incidentem quandam communionem ad plures pertinent. Quanquam enim dominium rerum communium ipsam rerum substantiam afficiat, ac proinde communes dominii effectus tribuat; Attamen propter concurrens condominorum interesse restricta habetur protestas, ita ut prohibentis conditio habeatur melior, secundum L. 28. ff. comm. divid. adeoque unus, invito altero, nihil de re communi disponere, nihilque de toto immixtuere, deteriorare, aut transformare in aliam speciem possit; Et si quid tale annis fuerit, ad interesse obligatur. L. 19. Cod. famili. ercise.

F

Th. LXV.

Abutens re-
rum com-
munium.

Th. LXV.

Quid juris Potissimum vero sese exserit *Abusus rerum corporali-*
 circa abu- *um circa contractum Locationis Conductionis. Quando Con-*
 sum in Lo- *ductur in re fibi locata, male, uti notat L. 3. Cod. Loc. Cond.*
 catione vel perverse, prout cap. 3. X. de loc. cond. exprimit: *ibi ver-*
 conductio- *satus fuerit. Per quæ verba omnis rei locata illicitus abu-*
 ne. *sus, quounque modo contigerit, & qui contra fidem con-*
tractus fit, intelligendus venit. Mevius Resolut. illustr. cap.
g. th. 74. & sequ.

Th. LXVI.

Abusus Est vero hic bene differentia tenenda, inter ipsam
 Conducto-*substantiam* rei locatae, & inter *fructus*. Hos conductor
 ris in fru- pleno jure contractus percipit, separando a fundo, suos fa-
 cit, atque ideo libere iisdem utitur atque abutitur, juxta
 modulum potestatis dominicæ; Adeoque sive in fructibus
 separatis colligendis, sive asservandis, iisdemque corrum-
 pendis, aliquid scienter vel per negligentiam conductor
 commitrat, locatoris nihil interest, quippe qui integrum
 suam pensionem absque necessaria remissione aut diminu-
 tione capit, ita ut omne periculum illorum, casu vel cul-
 pa contingens, ad solum conductorem pertineat. *L. pen.*
ff. de usuf. legat.

Th. LXVII.

Abusus vero rei locatae in ipso corpore sive *substantia*
 Conducti- committituri variis modis: Et quidem vel naturali vel ci-
 onis in ipsa vili. *Naturalis* abusus fit per *deteriorationem naturalem*, qua
 substantia dolo aut culpa conductoris de fundo locato quid decedit,
 te locatae. aut ille penitus corruptitur, vel per minus rectam cultu-
 ram

ram fundus deterior redditur; debet enim Conductor re-
locata uti, sicuti decet bonum patrem familias, & uti re-
gulæ œconomicæ pro more cuiusvis regionis exigunt.
Unde, si contra hoc fecerit, abusum facit illicitum, & lo-
catori ad omne interesse sive reparationem damni, inde
provenientis, obstringitur; Unde arbores frugiferas ex fun-
do cädere non potest. L. 45. §. 13. ff. de jur. fisci. Siu ta-
men vetustate corruerint, vel tempestate dejectæ fuerint,
in locum illarum alias substituere tenetur, ut sic fundus in
bono statu conservetur. Carocius de locat. Cond. Part. 4.
Quest. 24. num. 1. & sequ. Similiter abusus Conductoris
existit per intempestivam fundi culturam, vel etiam intermis-
sam aut non rite applicatam seminationem, dadurch die Felder
ausgearbeit oder auch ausgesogen werden; prout clare decidit
Jēsus in L. 25. §. 3. ff. Loc. cond. ibi: *Conductor omnia secun-
dum legem Conductionis facere debet, & ante omnia colens
curare debet, ut postea rustica suo quoque tempore faciat, ne
intempestivam cultura deteriorem fundum faceret.* Praterea
villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat. Add.
L. 11. §. 2. Locat. L. 19. Cod. eod. §. 5. Inst. eod. Wegen. de loc.
Cond. c. 12. num. 53. & sequ.

Th. LXVIII.

Cum ergo Conductor *omnia secundum legem conductionis facere debeat*, juxta d. l. 25. §. 3. ff. loc. cond. Idcirco fa-
cile inductione inde consequitur, quod abusus rei locatæ
illicitus eveniat; Quando Conductor rem locatam ad alium
usum transfert, quam pacto ac lege conductionis conces-
sus fuerit; ut si forte conductor ædibus, ad habitandum,
vel ad merces aut fruges recondendas, concessis, abuta-
tur

tur ad stabulum animalium, macht einen Ruhe, oder Pferde-
Stall daraus &c. Vel si quis *Equo*, ad equitandum locato,
velit ad vecturam gravioris plaustrum, aut alio modo adpli-
care, vel iter cum eo ultra fines præscriptos extendere.
Struv. Dec. Sabbath. cap. 9. dec. 10. Mynsing. Cent. 6. obs. 88.

Th. LXIX.

Abusus rei *Abusus* etiam *moralis* in re conducta existit, si quando
locatae mo- *mala fama* per conversationes suspectas fundo, v. g. ædibus
ralis. locatis attrahitur, forte inducendo meretrices, aut recipiendo scienter facinorosos homines, per quos malus rumor enascitur. *Carocius de loc. Cond. Quæst. 26.* Pariter si conductor propriam, uxorem, liberosque, aut quos habet in familia sua, ad ministerium malitiæ alat, atque conniveat, vel etiam hortetur, ut more meriticio vivant, in vitiosum & culpabilem abusum incidit. *Wegen. de loc. Cond. cap. 12. n. 56.* Similiter si quis domum conductam ad ludos vétitos exercendos præbeat, culpæ atque abusus reus fit. *Meno- chius de arbitr. Jud. Quæst. Libr. 2. Cap. 78.*

Th. LXX.

Conductor *Est* autem eo nomine in jure provisum ; Ut Condu-
propter ta- *ctor* propter tales abusum rei locatae etiam ante tempus
lem abu- locationis finitum, expelli queat, prout decidit *L. 3. Cod. loc.*
sum potest *Cond. Nov. 120. cap. 8. Cap. 1. X. de loc. Cond.* Idque procedit,
expelli. *sive sit abusus naturalis sive moralis. Lauterbach Colleg.*
pract. pand. tit. Loc. Cond. Concl. 48.

Th. LXXI.

Th. LXXI.

Nec validum est pactum renunciatorium inter locatorem An valeat & conductorem speciatim initum, per quod locator isti renunciatur. L. 3. Cod. loc. cond. renunciaverit siquidem hoc invitaret ad tio Legis delinquendum, adeoque nullum atque invalidum haberi istius sententia. debet, maxime, cum tale pactum contra indolem & naturam contractus locati conducti foret, qui tendit ad fundum, non male, sed bene, uti decet honestum virum & bonum patrem familias, colendum, uti recte monet L. 54. §. 1. ff. loc. Cond. Ac proinde talem cautelam improbat. Stryckius de Cautel. Contract. Sect. 2. cap. 9. th. 17.

Th. LXXII.

Restringitur tamen tale assertum ad tale pactum, quod Declaratio abusum moraliter vitiosum concederet, hoc enim tanquam subjicitur turpe atque illicitum habendum foret. Secus est circa illud pactum, quod ad abusum saltem naturaliter vel civiliter tam pertingeret, hoc enim facilius pacto indulgeri potest, si modo publico non fiat noxium. Talis enim renunciatio ad jura privatorum saltem spectaret, ac proinde pactis privatorum magis est obnoxia. L. 38. ff. de pact. Quale est illud; quando Conductor sibi speciali pacto prospicerit, den fundum conductum zu seinen Nutzen und Bequemlichkeit einzurichten. Ubi queritur: Anne tunc hortum, ædes, pro arbitrio suo, inconsulto locatore, immutare queat. v. g. hortum in agrum convertendo, arbores frugiferas cædendo &c. Id quod primo intuitu omnino affirmandum censeri poterat, cum per tale pactum videtur debitor generis effici, ita, ut sufficiat, fundum, finito locationis

tempore, in eodem statu restituere, in quo fuit primo conductionis tempore. Verum, cum omne pactum generaliter conceptum semper juxta indolem atque analogiam cuiusvis contractus, cui adjicitur, sit interpretandum. Idecirco facile concludendum, hoc pactum, indefinite conceptum, Conductor non omnimodam potestatem, re conducta abutendi, eamque pro lubitu transmutandi, conferat, sed eam saltem, quæ proprietati non sit noxia, atque ita comparata, ut, destinato tempore, omnia in pristinum statum possint restitui. Alias enim tale pactum aliquod infinitum comprehendenderet, a quo jura abstinent. Exinde consequitur, quod, stante tali pacto, Conductor conclavia, sibi elocata, perfringere, atque in unum contrahere, cum paries iste intermedius facile reponi queat. At vero e contrario sylvam non cœduam non licet in arvum convertere, quamvis illud conductori magis proficuum videatur, cum extirpata sylva non facile renasci queat; & inde fundo conducto perpetuam & non facile redintegrandam deteriorationem inferret.

Th. LXXIII.

Requisita
ad hoc, ut
Conductor
propter
abusum
possit ex-
pelli.

Ut vero Conductor propter abusum rei locatae ante tempus locationis finitum expelli queat; Tria & quidem conjunctim sunt necessaria; Primo, ut sit deterioratio non levis, verum notabilis atque alicujus momenti, ubi tamen quantitas & qualitas merito arbitrio prudentis judicis aestimanda relinquitur. Menochius de A. J. Q. Lib. 2. Cent. 8. cap. 78. Secundo, ut vergat ad perpetuam ipsius substantiae deteriorationem, siquidem mala frumentum

Etiam cultura, fundo non nociva in damnum saltem conductoris cedit neque eapropter conductor expelli potest. *Mantica de tac. & ambig. Convent. Lib. 3. tit. 7. n. 17.* Tertio, ut dolo malo, lata vel levi culpa conductoris illud damnum evenerit. Siquidem de levissima culpa conductor non tenetur. *Wegen. de loc. Cond. cap. 12. num. 55.* Denique quarto his adjiciendum, quod licet talia requisita adpareant, atque a locatore probari possint; Non tamen liceat conductorem propria autoritate de fundo conductor ejicere; Verum contra sponte cedere nolentem autoritas competentis judicis sit imploranda.

Th. LXXIV.

Verum hic queritur: Quando plures res uno eodemque contractu locatae fuerint, vel si unus fundus plures pertinentias habeat, an propter abusum unius rei vel res sunt partis, Conductor de toto fundo expelli queat? Id quod simpliciter affirmandum, censet. *Wegen. de loc. Cond. cap. 12. num. 57.* Nos vero distinguendum esse putamus, an plures tunc istae res sunt pertinentiae *unius* fundi, tunc certe propter coherentiam partium, vitium & abusus unius partis, totum corpus afficit, atque ideo recte expulsioni locum facit, cum causa in se individua, etiam individuum habeat effectum; Aut vero plures res elocatae invicem non sunt connexae, tunc poena abusus se ultra rem deterioram non potest extendere.

Th. LXXV.

Th. LXXV.

*Abusus Locato-
rii* Sicuti vero Conductor non potest re conducta abuti,
catoris non in præjudicium locatoris: Ita pariter neque Locator, du-
debet esse rante conductionis tempore, potest facultate sua do-
minica abuti in noxiā Conductoris, forte demoliendo
Conducto-
ri noxius.
ædes, aut cædendo arbores frugiferas &c. Est enīm
Contractus locationis conductionis reciprocus, & sic neutri
gravamen est inferendum, quo fides contractus utrinque
violetur.

Th. LXXVI.

*Abusus in-
cidens in
crimen
furti.* Incidit autem in specie ille *abusus*, qui circa res mo-
biles contra fidem contractus admittitur, juxta definitio-
nem Juris Romani, in *crimen furti*. Prout de abusu rei
commodata notat L. 5. §. 8. ff. commod. ibi: *Quin imo, &*
qui alias re commodata, utitur, non solum commodati
verum furti etiam tenetur. De deposito disponit Tex-
tus. L. 16. ff. de condit. furtiv. ibi: *Qui furtum admittit,*
vel re commodata vel deposita utendo, condicione quoque
ex furtiva causa obstringitur. Idem juris est in credi-
tore, qui pignore utitur. Sicuti hæc omnia plenissime
conjungit §. 6. Inst. de oblig. que ex del. nasc. ibi: *Furtum*
fit, non solum, cum quis intercipiendi causa rem alienam
amovet; sed generaliter, cum quis intercipiendi causa rem
alienam amovet; sed generaliter, cum quis alienam rem, in-
vito domino, contrectat, itaque sive creditor pignore, sive is,
apud quem res deposita est, ea re utatur, sive is, qui rem
utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cuius
gratia

gratia ei data est; furtum committit, veluti, si quis argen-
tum utendum accepit, quasi amicos ad cœnam invitaturus,
& id peregre secum tulerit, aut, si quis equum gestandi causa
commodatum, sibi longius aliquo duxerit, quod veteres scrip-
serunt, de eo, qui in aciem equum perduxisset. Attamen hoc
ipsum limitatur, quando quis absque dolo malo hoc fece-
rit, justa opinione ductus, quod existimet, dominum
consensurum fore, tunc enim a crimine furti excusatur,
cum furtum sine affectu furandi non fiat. Atque in hanc
rem extat textus expressus in L. 76. pr. ff de furt. ibi: Qui
re sibi commodata, vel apud se deposita, usus est aliter, atque
acepit, si existimavit, se non invito domino id facere, furios
non teneatur. Id quod iudex prudenti arbitrio dijudicare
debet. Menochius de arbitr. Jud. Quest. Lib. 2. Cas. 298.

Th. LXXVII.

Iuxta praxis Imperii hodiernam circa casus superius Praxis Im-
enumeratos, secundum Articulum CLXX. Constitutionis Cri- perii ho-
minalis procedendum esse volunt, adeo, ut talis abusus rei dierna
commodatae, pignoratae, depositae &c. proprie non sit fur-
tum, siquidem commodatarius, depositarius, creditor
rem non ex possessione domini contrectet, verum ean-
dem ex manu domini volentis & tradentis accipiat, ipsa-
que rei substantia domino salva maneat, cui rem, finito
contractu, reddit; atque idcirco furtum rei non fiat, ne-
que ordinaria pena furti locum habere possit. arg. L. 55.
§. 1. ff. de administr. tutor. Stryckius Us. mod. pand. tit. Com-
mod. th. 2. Interim tamen species delicti est, quod proxi-
me

G

me ad furtum accedit, eique quodammodo simile habetur, uti declarant verba dicti articuli 170. solche Misserthat ist einem Diebe gleich zu strafen; Quanquam vero dictus textus saltem de deposito agat, ob rationem tamen generalem, de omnibus calu accipi debet, quando quis re aliena contra fidem contractus abutitur; prout recte exponit Clasen *Comment.*
Constit. Crim. ad art. 170. verbis: *Duo sunt hujus articuli membra.* Prius agit de delicto, quod consistit in abuso, aut illicito usu rei depositae, contra deponentis intentionem. Cum vero, iuxta jus imperii hodiernum, poena furti variet, pro differentia circumstantiarum: Ita pariter hic abusus rerum variis modis coercendus venit, prout malus contrahentis affectus concurrit, aut pro ratione damni minoris aut majoris, quod domino inde emergit. Kressius *Comment. ad Constit. Crimin. ad d. art. 170.*

Th. LXXVIII.

Judicium de abuso rerum licito atque illico, ad arbitrium boni viri referri debet; uti haber formula Cautionis a fructuario praestandæ, quæ extat in *L. i. ff. usuf. qu. cav.* Ubi diserte exprimitur: Id cedere in abusum illicitum s^e fructuarios aliter re utatur, quam vir bonus arbitrabitur. prout sunt verba *d. L. i. §. 6.* Licet vero hic textus saltem de fructuario loquatur, atque de abuso rei alienæ; Attamen generaliter de abuso rerum tam alienarum quam propriarum potest accipi, nec non de abuso tam licito quam illico, cum par sit utrobique ratio. Si quidem omnis usus atque abusus rerum corporalium in facto

51

sacto consistit, & pro conditione personarum, qualitate rerum, pro ratione temporis aliarumque circumstantiarum maxime variat; Adeoque necesse est, totum hoc iudicium arbitrio boni viri, hoc est, prudentis Judicis committere, qui pro modo admissi statuere debet. Quod enim in una persona nimis lautum videre poterat, id, pro more regionis, in alia persona ad victimum congruum pertinere potest; atque hoc modo in similibus casibus erit judicandum.

Th. LXXIX.

Remedia contra *abusum verum corporalium illicitum* Remedia in jure varia habentur, quibus vel damnum futurum aut *contra ab- imminens præcavetur, vel etiam jam datum resarcitur. Ad usum illici- illa spectat Causio de re non abutenda, quam fructuarius ea- tum.* rum rerum, quæ usu non consumuntur, omnibus, quo- rum interest, proprietatem rei salvam esse, præstare debet, juxta dispositionem s. s. ff. Usufruct. qu. cav. Neque dubium est, quin ista, etiam in aliis casibus, pacto partium exigi atque constitui queat; Siquidem nemini interdictum securitati suæ, ut modo potest, prospicere, uti appareat ex L. s. ff. fam. crisc. §. 4. Inst. de offic. jud.

Th. LXXX.

Possunt præterea ad præcavendum *abusum rerum ir- reparabilem, etiam contra ipsum Dominum, mandata sine fine clau- clausula a magistratu competente decerui, quando nimi- fula.*

G 2
rum

rum vel interesse publicum concurrit, veluti sit in deva-
statione sylvarum, vel ubi periculum est in mora; atque
utroque casu etiam ad instantiam privatorum id fieri po-
test; Imo propter publicam utilitatem magistratus quoque
ex officio procedere potest ac debet.

Th. LXXXI.

Remedia alia Propter damnum vero jam datum competunt vel
contra da- actiones ex contractu, quo quis nobis obligatus est, ad
mnum jam rem salvam atque illasam restituendam. Similiter actio
datum legis Aquiliæ locum habere potest, quando alio modo da-
mnum nobis ex abuso illicito contigit, uti refert
textus in L. 23. §. 5. ff. Locas.



ULB Halle
001 601 61X

3



TA->OC

Pr. 3. num. 11.

INAUGURALIS 1752. 3

UM EST, CIRCA
CORPORALIUM
UE ILLICITUM
AM
UVANTE

SULTORUM ORDINE
NENTE
TIAN-ALBERTINA
O PRÆSIDE
O GOTTLIEB
UVIO

CELLARIO, CONSILIARIO
DINIS JURIDICI PRIMARIO,
o. t. DECANO


QUE IURE HONORES
S OBTINENDOS

UAR. M DCC LII.

TUEBITUR

NUS SCHILHORN
EBURGENSIS.

I Æ,
TSCHII, ACAD, TYPOGR;



B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Inches

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Centimetres

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Farbkarte #13

